



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

129. An donatio metu graui extorta sit ipso iure irrita? Idem quæritur de
promissione. Et quid, si donatio fuerit per nimiam reuerentiam, vel
importunitatem concessa? E ex doctrina huius Resolutionis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

sed debeat expectare conditionem, aut eius resolutionem: ut si quis contraxerit sponsalia cum aliqua sub conditione, si pater eius tradat libi mille, non potest recedere à sponsalibus, sed tenetur expectare, an pater velit tradere mille: idque ob præuiam conventionem, & pactum, non sic in promissione alteri facta, siue absolute, siue sub opere ab altero præstando, & nondum acceptata, non enim hic est expectanda repromissio, siue oneris, aut promissionis acceptatio, vel refutatio: sed potest promissor non expectata resolutione promissarii rescire. Ita Rebellius lib. 17. q. 2. n. 1. Bonacina de contr. disp. 3. q. 12. punct. 3. n. 3. & alij. Et ratio est; quia hic nondum intercesserit pactum, siue consensus duorum in idem, ex quo oritur omnis obligatio contrahentium.

RESOL. CXXXIX.

An donatio metu gravi extorta sit ipso iure irrita?
Idem queritur de promissione.

Et quid, si donatio fuerit per nimiam reuerentiam, vel importunitatem concessa?

Et ex doctrina huius Resolutionis inferitur, an testamentum factum metu cadente in constantem virum sit ex ipso iure nullum?

Et additur testamentum in scriptis factum, si Tabellio coactus, & non rogatus subscribit, esse iure ipsum nullum.

Et similiter testes in testamento metu adhibiti, vel detenti, ipso iure rescindendi vi, & auctoritate carent. Ex p. 8. tr. 6. Rel. 129.

§. 1. **A**ffirmative respondent aliqui, quia hi actus naturam suam petunt, ut omnino libere fiant; nam liberali donationi, ac promissioni repugnat coactio. Ita Molina to. 2. de iust. disp. 326. n. 8. in fin. Azorius com. 1. inst. mor. lib. 1. c. 11. q. 7. versio. Non omnis elemosyna. Vasquez 1. 2. disp. 27. c. 3. n. 19. Riccius collat. 1617. qui hoc probat ex c. Abbas, de his que vi. met. cau. sum.

2. Sed contraria sententia est etiam probabilis, nempe donationem: vel promissionem metu factam, non esse ipso iure irritam, sed tantum irritandam; quia ad illorum substantiam non requiritur maior libertas, quam ad contractus onerosos. Non enim donationi liberali proprie repugnat coactio, sed tantum ne aliquid recipiat in compensationem. Et in hoc sensu intelligendum est quod dici solet, donationem debere esse liberalem, id est, ut nihil recipiat in compensationem pretio dignum; non tamen, quod omnino libera sit absque missione inuoluntarij. Sic tenent Sanchez lib. 4. de mar. disp. 14. n. 4. ad 4. Less. lib. 2. de iust. c. 17. n. 37. Nec obstat c. Abbas, de his que vi. met. cau. sum. ubi agitur de renunciatione beneficij metu facta, que videtur quædam donatio; nam ibi non dicitur renunciationem illam fuisse ipso iure irritam, sed tantum debere irritari.

3. Sed Theologis Iuriconsulti addendi sunt; itaque circa præsentem questionem ne deseras videre Cabreiros de metu, lib. 2. c. 3. n. 11. ubi cum multis probat donationem metu factam, substantiam neque effectum habere posse. Quod etiam locum habet, si nimia reuerentia intercedat, i. §. que oneranda ibi, si metus, vel nimia reuerentia, ff. quarum rerum actio non detur, eleganter Bald. cons. 108. n. 7. vol. 3. Celsus Hugo eruditè cons. 117. n. 2. Fulu. Pad. de probat. lib. 1. c. 29. n. 21. Hippolyt. de Marfil. 1. p. cons. 18. Quare metu presumitur in donatione facta per filiam patri, cum multis Tiraq. in legib. conub. gl. 5. n. 36. Farinac. in fragm. crim. 2. p. lit. M. n. 634.

4. Et non solum donatio per metum, vel reuerentiam facta non subsistit, sed etiam ea que per importunitatem fuerit concessa; Bald. & Bart. in c. cum aded in fin. de rescriptis, Mantica in l. 19. gloss. 8. ubi Azevedo in l. 10. lib. 5. Recopil. Nam obtemperat per importunitatem acquirantur obtemperantis per metum, c. petito, ibi, vel precibus importunitatis, vel metu qui cadere in constantem virum, extr. de iurcir. Boërius de iur. 101. n. 10. Petrus Pecc. de testam.

coning. lib. 2. c. 9. n. 9. Sanchez lib. 4. disp. 7. n. 4. cum ea videantur fieri inuito dante, c. audacter, d. 9. 1. ubi Gloss. 2. ubique Barbosa c. vnusquisque 22. q. 4. elegans text. in l. si priuatus, ibi, si priuatus coactus à populo manumiserit, quamuis voluntatem accommodauerit, non erit liber. Nam & D. Marcus prohibuit ex acclamatione populi manumittere, ff. qui & à quibus, Glossa in l. 19. tit. 18. p. 3. Basil. lib. 4. c. 5. à n. 19.

5. Et inde est, quod licet Princeps ab eo donata non reuocet, Auth. de referend. §. 1. collat. 2. quia decet concessum ab eo beneficium esse mansurum, c. decet de reg. iur. lib. 6. Camill. Borr. de reg. prest. c. 64. n. 64. & intendit Princeps, quam perfectum & firmum conferre, ut ita plenior sit liberalitas, cap. 1. de don. Molina de primop. lib. 4. c. 3. n. 20. tamen si per importunitatem sunt concessa, illa reuocat, l. 1. C. de per. bon. sub. lib. 10. ibi, Sed quoniam plerumque ita in nonnullis casibus inuocanda potentium inhibitione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus, c. cum in inuentu, ibi, Compulsi sumus non iuris necessitate, sed importunitate potentis, de priu. canon. Palac. Rub. in repe. vrb. de don. §. 1. n. 7. Azeved. in l. 1. n. 1. & 2. tit. 14. lib. 4. Recop. Per. de poss. Priu. c. 32. dub. 2. n. 273. fol. 569. col. 1.

Vide etiam circa supradicta ex Theologis, præter citatos, Basil. Pont. de mar. lib. 4. c. 6. à n. 3. Azor. p. 3. lib. 4. c. 13. q. 2. Rebell. 2. lib. 17. q. 5. n. 15. Caiet. in 2. q. 32. a. 7. Rodrig. in sum. 10. c. 182. n. 2. Escobar in Th. mor. 3. ex 4. c. 7. n. 40. & Baunij in Th. mor. 10. 3. lib. 2. r. 4. q. 3.

6. Nota tamen, quod ex supradictis, in gratiam curiorum, obseruanda est resolutio illius questionis, an testamentum factum metu cadente in constantem virum, sit ipso iure nullum; Et sermo est de metu iniuste illato, alioqui volunt esse irritum ipso iure. Ratio potest esse, quia testamentum, in quo aliquis instituitur hæres, est quædam species donationis. At hæc ex natura sua petit, ut omnino liberaliter fiat. Sic Bart. in l. qui à larionib. in princ. ff. de testam. Cathill. cons. 13. n. 2. Iason. l. 1. n. 3. C. quis aliq. test. prohib. Bald. cons. 16. incip. P. n. ius infra scriptus, vol. 3. Blotta in tr. de absol. à iuram. lib. 1. c. 3. n. 19. Fernand. Vasq. de success. creat. §. 17. n. 5. Tulch. 10. 5. lit. M. cons. 122. n. 19. Molina to. 1. de iust. tr. 2. disp. 135.

7. Hæc opinio est probabilis, contraria tamen sua probabilitate non caret, quam tueretur Fr. Arretinus l. 1. col. 2. ff. de test. dicens esse communem opinionem, Paul. de Castro, dicens etiam esse communem, leg. 2. ff. si quis aliquem test. prohib. Michael. Grass. de success. §. testamentum, q. 83. Menoch. de arbit. ind. lib. 2. cent. 4. c. 6. §. 5. n. 7. Addunt tamè hi DD. auferri hæreditatem in finitum hæredibus relictam, & sicut applicari. De qua re fusc. agit Menoch. loc. cit. Addunt secunde, testamentum in scriptis factum, si tabellio coactus, & non rogatus subscripserit, esse ipso iure nullum, quia Notarius debet esse rogatus. Sic Vasq. de success. proo. eff. c. 30. n. 16. Similiter, testes in testamento metu adhibiti, vel detenti, ipso iure rescindendi vi & auctoritate carent, §. qui testamentum, ff. de test. q. 83.

8. Quod verò testamentum metu factum non sit ipso iure nullum, probari potest, quia stando in iure nature, per metu gesta sunt ipso iure valida: at nullam recipitur ius positum, quod testamentum metu factum irritauerit, ergo, &c. Ad rationem in contrariu patet responsio ex dictis.

RESOL. CXXX.

An donatio ex causa ingratiudinis possit reuocari?

Et in textu huius Resolutionis explanantur causa ingratiudinis, pro quibus prædicta donatio reuocari possit.

Et an ex capite ingratiudinis reuocari possit donatio à solo donatore, non autem ab eius hæredibus, quando nempe donator sicut causam ingratiudinis, & incertis, tunc vero si eam ignorauit? Ex part. 8. tr. 6. Rel. 54.

§. 1. **D**icta sunt supra pauca non incuriosa, & necessaria circa donationem inter vivos; nunc discut-